

CORPUS SCRIPTORUM DE MUSICA

3


JACOBI LEODIENSIS

SPECVLVM MVSICAE

Edidit

ROGER BRAGARD

VII  
(LIBER SEPTIMUS)



AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY  
1973

AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY  
ARMEN CARAPETYAN, PH. D. DIRECTOR

CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA

3

JACOBUS OF LIÈGE  
SPECVLVM MVSICAE

Edited by  
ROGER BRAGARD

VII  
(LIBER SEPTIMUS)

CORPUS SCRIPTORUM DE MUSICA

3


JACOBI LEODIENSIS

SPECVLVM MVSICAE

Edidit

ROGER BRAGARD

VII  
(LIBER SEPTIMUS)



AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY  
1973

Copyright 1973 by  
**ARMEN CARAPETYAN**

Printed in the Netherlands

JACOBI LEODIENSIS  
SPECULUM MUSICAE  
LIBER SEPTIMUS

## SPECULUM MUSICAE

### INCIPIUNT CAPITULA SEPTIMI LIBRI SPECULI MUSICAE.

- I. Prooemium in libro septimo Speculi Musicae.  
II. Quid sit cantus mensurabilis.  
III. Unde dicitur discantus.  
III. Quid sit discantus.  
V. Quibus consonantiis sit utendum in discantu.  
VI. Utrum diatessaron ante diapente sit consonantia.  
VII. Quod diatessaron ante diapente est consonantia.  
<VIII.> Quare diatessaron voces melius concordant supra diapente quam sub. P<sub>1</sub>. 274v  
<VIII.> De ineptis discantoribus.  
<X.> Discantuum distinctio.  
<XI.> Quid sit tempus ut ad mensurabilem pertinet musicam.  
<XII.> Qualiter a Modernis impugnatur prius posita temporis descriptio.  
<XIII.> Quod repugnat tempori perfecto esse divisibile in duas partes aequales.  
<XIII.> Confirmatio dictorum.  
<XV.> Quod semibrevis repugnet divisio in partes integrales.  
<XVI.> Ad rationes in oppositum responsio.  
<XVII.> Antiquorum excusatio et dictorum suorum expositio, ut hoc tangit propositum.  
<XVIII.> Quid sit modus.  
<XVIII.> Quot sunt modi.  
<XX.> Quid sit notula vel figura musicae mensurabilis secundum Antiquos.

Incipiunt... Speculi Musicae om P<sub>1</sub>C  
I Prohemium P<sub>1</sub>C III Quid pro Unde C VIII-XLVIII In capitulorum enumeratione ab octavo  
capitulo usque ad finem, P<sub>1</sub> capitulorum numeros omisit VIII concordat P<sub>1</sub>C

- |           |  |
|-----------|--|
| <XXI.>    | Figurarum vel notularum musicalium distinctio secundum Antiquos.   |
| <XXII.>   | De figuris simplicibus quae plicae dicuntur.   |
| <XXIII.>  | Distinctio longarum notularum in nominibus et significationibus secundum Modernos.   |
| <XXIV.>   | Distinctio notularum prius tactarum secundum Modernos in figuris et gradibus aliquibus.  |
| <XXV.>    | Quod longa duplex non est ligabilis.   |
| <XXVI.>   | Quod duplex longa non valet novem tempora.   |
| <XXVII.>  | Quod irrationabiliter ponitur duplex longa quae larga vocatur.   |
| <XXVIII.> | <Quod longae duplices imperfectae huic arti non sunt necessariae.>   |
| <XXIX.>   | Quod longae simplices imperfectae temporum imperfectorum huic repugnant arti similiter et cantus ex talibus imperfectis compositi. |
| <XXX.>    | Quod cantus ex perfectis confecti convenienter in summam referuntur Trinitatem.  |
| <XXXI.>   | Quod non est necessarium longam simplicem esse aequilateram.   |
| <XXXII.>  | Quod brevis imperfecta non est huic arti necessaria.   |
| <XXXIII.> | Parvus prologus tangens intentionem nec non ordinem dicendorum.  |
| <XXXIV.>  | Quod irrationabiliter Moderni semibreves caudant.  |
| <XXXV.>   | <Quod si semibrevis caudetur, minus hoc competit semibrevi minimae quam ceteris.>  |
| <XXXVI.>  | Quod si semibrevis sola caudetur, minus inconvenienter hoc fieri debet in angulis obtusis quam in acutis.                          |
| <XXXVII.> | Quod semibrevis non est ponenda solitaria, sine alia semibrevi sibi iuncta vel aliis.  |

XXV legibilis C    XXVIII Quod longae... necessariae om P<sub>1</sub>, et ideo C; itaque, ceteris capitulorum numeris in P<sub>1</sub> omissis (*vide supra*), C in sequentium numerorum enumeratione erravit: XXVIII pro XXVIII, XXVIII pro XXX, et sic postea    XXVIII pro XXVIII C scilicet pro similiter C XXVIII pro XXX C sumam P<sub>1</sub>    XXX pro XXXI C    XXXI pro XXXII C    XXXII pro XXXIII C    XXXIII pro XXXIII C    XXXV (XXXIII) Quod si semibrevis caudetur, minus hoc competit brevi minimae quam ceteris om P<sub>1</sub>, et ideo C; itaque C iterum erravit in sequentium numerorum enumeratione scribendo XXXIII pro XXXVI, XXXV pro XXXVII, etc.    XXXIII pro XXXVI C sola si caudetur P<sub>1</sub> optusis P<sub>1</sub>    XXXV pro XXXVII C

- <XXXVIII.> Quid dicunt Moderni de notarum musicalium imperfectionibus.
- <XXXVIIII.> Quae requirantur ad hoc ut notulae aliquae alias possint imperficiere vel ab aliis imperfici.
- <XL.> Quod una notula aliam non imperficiat.
- <XLI.> Responsio ad aliquas conclusiones quae vadunt contra dicta.
- <XLII.> Ad instantiam quae fieri possit responsio.
- <XLIII.> Responsio ad secundam conclusionem, quintam, sextam, septimam et octavam.
- <XLIII.> Amplior responsio ad ea quae tangunt quartam conclusionem, septimam et octavam, cum responsione ad nonam.
- <XLV.> Comparatio artis antiquae musicae <mensurabilis> ad novam quantum ad perfectionem et imperfectionem.
- <XLVI.> Collatio veteris artis musicae mensurabilis ad novam quantum ad libertatem et servitutem.
- <XLVII.> Collatio veteris artis musicae mensurabilis ad novam quantum ad libertatem et servitutem.
- <XLVIII.> Comparatio veteris artis musicae mensurabilis ad modernam quantum ad stabilitatem, et antiqui modi cantandi ad modernum.
- <XLVIIII.> Finalis totius huius operis conclusio et gratiarum actio.

*<Explicant capitula septimi libri Speculi Musicae.>*

XXXVI pro XXXVIII C    XXXVII pro XXXVIIII C    adhuc pro ad hoc C    XXXVIII pro  
 XL C    XXXVIIII pro XLI C    XL pro XLII C    XLI pro XLIII C    XLII pro XLIII C  
 XLIII pro XLV C    mensuralis pro mensurabilis P<sub>1</sub>C    nonam pro novam C    XLIIII pro XLVI C  
 XLV pro XLVII C    XLI pro XLVIII C    XLVII pro XLVIIII C  
 Explicant capitula septimi libri Speculi Musicae om P<sub>1</sub>C

&lt;INCIPIIT LIBER SEPTIMUS SPECULI MUSICAЕ&gt;

| &lt;CAPITULUM I.

P<sub>1</sub>, 275rPROOEMIUM IN LIBRO SEPTIMO SPECULI  
MUSICAЕ.>

<sup>1</sup> S implicius, in <commentario> suo super Aristotelis praedicamenta, in commendationem Antiquorum dicit sic: Non sumus usquequaque sufficietes ad veri falsique discretionem, sed diligimus in hoc insequi meliores. <sup>2</sup> Quia in re, sicut utile laudabileque est Antiquorum imitari bona facta, sic amabile, commendabile est eorum approbare, non impugnare, bene dicta.

<sup>3</sup> Hoc autem iuvenibus amplius convenire videtur quia, etsi sint magis inventivi, senes tamen melioris praedicantur iudicii ideoque a iuvenibus et novis quibus nova placent iuxta illud magistri in historiis; quia novitas familiaris est et mulcet aures, nova tamen non sic extollenda sunt ut sepeliantur antiqua.

<sup>4</sup> Nam plerumque novae doctrinae, etsi prima fronte exterius niteant, bene tamen examinatae interius solidis carent fundamentis, abiiciuntur nec diu durant. Ceterum, si frustra fit per plura quod fieri commode potest per pauciora, quid utilitatis affert doctrinae antiquae bonae novam lasciviam et curiosam superaddere, repudiata priore, cum scriptum sit: *Non transferres terminos proximi tui quos fixerunt priores?*

<sup>5</sup> Sane, cum dudum venerabiles viri de musica plana tractaverint, ut Tubalcaïn ante diluvium, et inde quam plures de quibus supra meminimus, de mensuribili etiam multi inter quos eminent Franco Teutonicus et aliis quidam qui Aristoteles nuncupatur, nunc nostris temporibus novi recen-

Incipit liber septimus Speculi Musicae om P<sub>1</sub>CCapitulum I... Speculi Musicae om P<sub>1</sub>, spat vac rel

1 commento pro commentario P<sub>1</sub>C    3 meliores    4 abiciuntur C sit pro fit C    5 Tubal Chayn  
 P<sub>1</sub> Tubal, Chayn C et pro etiam C P<sub>1</sub>C Franco vel Francho indifferenter in hoc libro scripserunt  
 recentioresque C

<sup>4</sup> cum scriptum sit: *Deuteron.*, c. XIX, 14.<sup>5</sup> Tubalcain: *Genesis*, c. IV, 21-22; cf. et Ps.-Arist., *Tractatus de musica* (CS I, p. 253b).

Hic, per proportionem iustum, certam intelligit temporis morulam vel mensuram quam specificat cum dicit "in qua recta brevis", etc. Dicit "recta brevis" ad differentiam brevis alterae quae duas rectas breves importat.<sup>7</sup> Et est eadem cum longa imperfecta quantum ad hoc quod tam haec quam illa duo imperfecta importat tempora. Item per hoc quod dicit "brevis recta" vel perfecta, excludit brevem imperfectam quam ponunt Moderni.

Contra tactam temporis descriptionem multipliciter instauratur ab aliquibus Modernis, ut consequenter apparebit.

<CAPITULUM XII.

QUALITER A MODERNIS IMPUGNATUR PRIUS  
POSITA TEMPORIS DESCRIPTIO.>

<sup>1</sup> **Q**ualiter autem Moderni instent contra temporis perfecti descriptionem prius positam videatur.

Tempus, inquiunt, perfectum secundum Antiquorum considerationem est quaedam aequa proportio in qua recta brevis in duas partes inaequales aut in tres aequales dividitur, quae ulterius dividi vel discerni nunquam possunt.

<sup>2</sup> Haec temporis perfecti descriptio, quae est doctoris qui Aristoteles nuncupatur, ut est dictum supra, a Modernis impugnatur: primo ut insufficiens, secundo ut a veritate deficiens.

<sup>3</sup> Insufficiens est, ut aiunt, quia tempus perfectum, sicut est divisibile in partes duas inaequales vel in tres aequales, ita aequa bene divisibile est in duas partes aequales, eodem valore temporis nihilominus remanente. De hoc autem intentionem non facit dicta temporis descriptio. Ergo censeri debet insufficiens.

<sup>4</sup> Item dicunt Moderni falsum esse quod tres partes aequales, in quas tempus perfectum dividitur, sint indivisibles, cum quaelibet illarum divisibilis sit moderno usu in tres.

<sup>5</sup> Primum inter alia sic probant: Corpus quantum continuum, antequam actu fuerit divisum, aequa divisibile est in

<sup>7</sup> quam adhuc *pro* quantum C. Item *om* C

Capitulum XII... descriptio *om* P<sub>1</sub>, *spat vac rel*

1 instant P<sub>1</sub>C post Tempus, P<sub>1</sub> scr: inaequales aut in tres aequales dividitur quae ulterius dividi vel discerni (*vide infra*), sed postea hunc textum exp<sup>3</sup> 3 De hac autem imperfectione *pro* De hoc autem intentionem C dicitur *pro* debet C 4 falsam C

<sup>2</sup> ut est dictum supra: *vide* L. VII, c. XI, 5.

<sup>3</sup> ut aiunt: cf. Ioh. de Muris, *Musica practica*, in *nona conclusione* (GS III, p. 297a et 300 b; CS III, p. 109b et 112b).

<sup>4</sup> dicunt Moderni: cf. *ibidem* (GS III, p. 302a et CS III, p. 102b).